

potestate ista facio; Vos dicitis uos nescire quod feceritis. ego uobis non dico quod
 queritis. quia ex nulla parte exire ausi estis. in uis tenebris remanistis.
 Obtemperemus ergo et nos si possumus. dicenti uerbū dī. Capite nobis uulpes
 pusillas exterminantes uincas. Videamus. si et nos quasdam uulpiculas capere
 possumus. Proponamus ad foramen utrumq; ut unde uulpes exire uoluerit.
 capiatur. Uerbi gratia. manicheo facienti sibi dīm recentem. et in corde
 suo ponenti quod non est. dicamus et interrogemus eum. Substantia dī cor-
 ruptibilis ē an incorruptibilis. Elige quod uis. et exi qua uis. sed nō effugies.
 Si dixeris corruptibilis. non a populo. sed a te ipso lapidaris. Si autē dixeris
 incorruptibilem dīm. incorruptibilis quomodo timuit gentem tenebrarum.
 Quid factura erat incorruptibilis gens corruptionis. Quid restat. nisi ut dicat.
 nescimus. Sed tamen si hoc non dolo. sed ignorantia dicitur. non remaneat
 in tenebris. Ex uulpe fiat ouis. Credat inuisibili. incorruptibili solidō. non
 recenti. Soli ab eo quod ē solus. non ab eo quod est sol. ne nos ipsi uulpi fugi-
 enti. aliam cauernā aperuis se uideamus. quam quā nec nomen solis formi-
 dabimus. Est enī in scripturis nr̄is. sol iustitiae. et sanitas in penne eius.
 Ab estu solis huius umbru appetitur. Sub alas autē solis huius. ab aestu fugitur.
 Sanitas enī in penne eius. Ipse ē sol de quo dicitur sunt impu. Ergo errauim⁹
 a uia ueritatis. et iustitiae lumen non luxit nobis. et sol non est ortus nobis.
 Dicitur sunt adoratores solis. sol non ortus ē nobis. Quia cum adorant solē
 quem facit oriri super bonos et malos. non est eis ortus sol. qui solus in lu-
 minat bonos. Faciunt ergo sibi deos recentes. quosq; quales uolunt. Quid
 enī impedit officinā decepti cordis. fabricare fantasma quale uoluerit.
 Sed om̄s huius posterioribus consentiunt. Id est simili uanitate detinentur.
 Unde samson nr̄. quietā interpretatur sol ipsorū. Eorum scilicet quibus
 lucet. non omnium. sicut est oriens super bonos et malos. sed sol quorum dī.
 sol iustitiae. figuram enī habebat xpi. conligauit ut diceret coepera
 caudā uulpiū. et ab ignē alligauit. ignē ad incendendū. sed messes alieni
 genarū. Proinde tales. consentientes in posteriorib⁹. tam quā caudis conligati.